



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvscvla Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis**

**Marca, Pierre de**

**Parisiis, 1681**

V. De Presbyteris, ubi ordinandi sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14704**

sint transferri, ut monuit loco superiore  
Hincmarus, & docet apertè Novella Iu-  
stiniani, in authenticis, ubi determinatur  
synodus clericorum.

## V.

*De Presbyteris, ubi ordinandi sunt.*

**P**R E S B Y T E R I & reliqui clericis or-  
dinandi sunt specialiter in Ecclesia ci-  
vitatis aut vici, vel in martyrio, aut mona-  
sterio, juxta Concilium Chalcedonense.  
Vnde patet nondum Ecclesiæ publicas  
constitutas fuisse in possessionibus seu in  
villis: quamvis paulò post possessionum  
domini, qui eas adscriptiorum numero-  
rum opera excolebant, oratoria à se in  
possessionibus illis exstrui ab Episcopis  
impetrarint, quorum oratoriorum memi-  
nit Iustinianus in Novellis. Illis autem  
oratoriis nulli adsignabantur speciales  
clericis. Attamen id fieri posse docet egre-  
gius Novellæ locus in authent, *Adscriptio-*  
*tios.* Cod. De Episc. & cler, ubi habe-  
tur exceptio ad legem Leonis & Anthe-  
mii. Illi enim constituerant in l. *Iube-*  
*nus.* 36. ejusd. tit. ne adscriptitii ordina-  
ri possent clericis, nisi dominorum posse-  
sionum, unde oriundi sunt, evidens con-

curreret consensus. Iustinianus verò constituit adscriptitios in ipsis possessionibus, in quibus adscripti sunt, clericos etiam præter voluntatem dominorum fieri posse; dummodo per substitutum agriculturam, qui adscripti erant, exerceant. Hinc explicari debet locus Concilii Agathen, cap. x. x i. quo permittitur dominis, propter fatigationem familiæ, ut Missas teneant in oratoriis villarum sive possessionum; exceptis diebus solemnibus, in quibus accedere tenentur ad Ecclesias civitatum,

